

Promoto iam diuifore in præcedentem locū, ita vt fingulę figurę diuiforis locum vnū mutent,

vt hic vides, intelligo vltimā figuram diuiforis, nēpe 4. in fuprapofito numero 42. contineri nouies. Pono igitur 9. poft figuram 3. in priori operatione inuentam, vt in fequenti exemplo patet, & dico. ex 9. in 4. fiunt 36. quæ ita fubtraho ex numero 42. fuprafcripto.

42
~~685~~
~~2832487~~ (3
~~4669~~
 46

Distātia 6. à 10. (quoniā 6. ex 2. fubduci nō poffunt) est 4. additis 2. fiunt 6. quæ pono fupra 2. deleta prius figura 4. in diuifore, vna cum figura 2. in numero diuidendo. Addo autem

2
~~63~~
~~422~~
~~6883~~
~~2832487~~ (390
~~46669~~
~~4666~~
 44

1. ad 3. (nimirum ad denas numeri 36. fubtrahendi.) propter dictam distantiam à 10. facioque 4. quæ ex 4. ablata nihil relinquunt. Deleo ergo 4. rursus ex 9. in 6. fiunt 54. Detrahis igitur 4. ex 5. remanet 1. Demptis quoque 5. ex 6. remanet etiam 1. Quare deleta figura 6. in diuifore, vna cum figuris 5. & 6. in numero diuidendo, pono fupra fingulas figuram 1. Denique ex 9. in 9. fiunt 81. quæ ita fubduco ex numero 114. fuprapofito. Dempto 1. ex 4. remanent 3. Pono ergo 3. fupra 4. deleta prius figura 9. in diuifore, & figura 4. in numero diuidendo. Distantia autem 8. à 10. (quia 8. ex 1. fubduci nequeunt) est 2. si addatur 1. fiunt 3. quæ fupra 1. collo-

D 4 co, de-